



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

HENRICUS  
IMP.  
CLEMENTS C. SALTZBURGENSE II. HENRICUS VII. 693  
P.V. IMP.

ANNO CHRISTI 1310. ad solutionem decimæ istius per censuram ecclesiasticam poterunt coarctare. Item decima fiat de bonis ecclesiarum, hac taxatione præmissa, ut tempus æstimationis soluendæ decimæ bladi & vini sit inter festum sancti Michaelis & sancti Martini. De caseis autem soluatur decima, sicut prælati consueuerunt denaria suis rusticis loco caseorum recipere, in festo sancti Georgii secundum ius & terræ consuetudinem.

## CONCILIVM SALTZBURGENSE II.

QVOSSTATVTA QVÆDAM POENALIA declarantur, anno Domini MCCCX. celebratum tempore Clementis papæ V.

DECLARATIONES STATVTORVM IN Concilio prouinciali domini Conradi archiepiscopi Saltzburgenfis, anno MCCCX.

### P R A E F A T I O.

Nos Conradus Dei gratia sanctæ Saltzburgensis ecclesiæ archiepiscopus, apostolicæ sedis legatus, Vvernhardus Patauiensis, Ioannes Brixinensis, Henricus Gurcensis, Albertus Chymensis, Fridericus Secouensis, Vvernhardus Lauentinensis, ecclesiarum episcopi, in hoc facrofanco prouinciali Concilio Saltzburgensi congregato, de consilio & consensu procuratorum venerabilium Frisingensis & Ratisponensis episcoporum, plenum ad hoc mandatum habentium, ac assensu prælatorum Saltzburgensis prouinciae in hoc Concilio aggregatorum, nec non procuratorum assensu, huius sacri approbatione Concilii, quædam statuta poenalia priorum prouincialium Conciliorum ex certis & legitimis causis, ut animarum periculum caueatur, taliter duximus moderanda.